Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38189
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



128

diem · exquo die natus est & infans
eum si afferetur baptizare nemo
dubitare · per haec firmamenta
probantur neq: enim hoc tunc quasi
nouum aut quasi aliqua cuius quam
contradictione pulsatum concilio
statuebatur seu firmabatur · quod
obstricti originali peccato teneren
tur infantes · sed cum illic alia consul
tatio conuersaretur & disceptaretur ·
propter legem carnalis circumcisionis iuberi
eos & ante octauum diem baptizare
oportere · ideo ei qui hoc negabat
nemo consensit · quia ita non consulendum
nec disceptandum sed firmum certumq:
habebatur animam saluam & ne pertu
ram · si hanc uitam sine illius sacramenti
consecutione finiret · Et quam uis
a utero recentissimi paruuli solo
reatu essent peccati originalis obstric
ti quare illis & simulto facilior quod
alienos sectam esse & necessaria remis